

(During Eastertide)

PREFACE OF EASTER SEASON

Vere dignum et justum est, æquum et salutäre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicäre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatió nibus, cumque omni millítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION Psalms 106: 8

Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, et mirabilia ejus Fíliis hóminum. (T.P. Allelúja.)

POSTCOMMUNION

Córpore tui sacri ac pretiósí Sánguine, quo redépti sumus, Dómine Jesu Christe, partícipes effecti: quæsumus; ut in nobis tua múnere tueáris, atque a præsentis vitæ malis eréptos ad bona perdúcas sempitérna: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Let the mercies of the Lord give glory to him: and his wonderful works to the children of men. (P.T. Alleluia.)

Lord Jesus Christ, by Whom we are redeemed, make us partakers of Thy sacred Body and precious Blood. We beseech Thee that Thou mayest behold in us Thy gifts, and snatched from the evils of this present life, Thou mayest lead us to eternal goods. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: OCTOBER 23, MOST HOLY REDEEMER

MASS *Gaudens gaudébo* (white)

INTROIT Isaiah 61: 10

Gaudens gaudébo in Dómino, et exsultábit ánima mea in Deo meo: quia índuit me vestiméntis salutis, et induménto justítiae circúmdedit me. (T.P. Allelúja, allelúja.) (Ps. 88: 2) Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo: in generatió nem et generatió nem annuntiábo veritátem tuam in ore meo. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Gaudens gaudébo in Dómino, et exsultábit ánima mea in Deo meo: quia índuit me vestiméntis salutis, et induménto justítiae circúmdedit me. (T.P. Allelúja, allelúja.)

COLLECT

Deus, qui Unigénitum tuum mundi Redemptórem constituísti, et per eum, devicta morte, nos misericórditer ad vitam reparásti: concéde; ut, hæc beneficia recoléntes, tibi perpétua caritáte adhærére et ejúsdem redemptiósni fructum percípere mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Ephesians 1: 3-9

Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui benedíxit nos in omni benedictió ne spirituáli in cæléstibus in Christo, sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutió nem, ut essémus sancti et immaculáti in conspéctu ejus in caritáte. Qui prædestinávit nos in adoptió nem

I will greatly rejoice in the Lord, and my soul shall be joyful in my God: for he hath clothed me with the garments of salvation: and with the robe of justice he hath covered me. (P.T. Alleluia, alleluia.) (Ps. 88: 2) The mercies of the Lord I will sing for ever. I will shew forth thy truth with my mouth to generation and generation. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. I will greatly rejoice in the Lord, and my soul shall be joyful in my God: for he hath clothed me with the garments of salvation: and with the robe of justice he hath covered me. (P.T. Alleluia, alleluia.)

O God, Who designated Thy only-begotten Son the Redeemer of the world, and through Him, conquered death, and mercifully restored life to us: grant that recalling these kindnesses, we may be worthy to cling to Thee with unending love and to obtain the fruit of His redemption. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Blessed be the God and Father of our Lord Jesus Christ, Who hath blessed us with spiritual blessings in heavenly places, in Christ: As He chose us in Him before the foundation of the world, that we should be holy and unspotted in His sight in charity. Who hath predestinated us unto the

filiórum per Jesum Christum in ipsum: secúndum propósitum voluntátis suæ, in laudem glóriæ grátiae suæ, in qua gratificávit nos in dilécto Fílio suo. In quo habémus redemptiónem per sánguinem ejus, remissionem peccatórum secúndum divítias grátiae ejus, quæ superabundávit in nobis in omni sapiéntia et prudéntia: ut notum fáceret nobis sacraméntum voluntátis suæ, secúndum beneplácitum ejus, quod propósuit in eo.

GRADUAL Psalms 85: 9-10

Omnes gentes, quascúmque fecísti, vénient et adorábunt coram te, Dómine: et glorificábunt nomen tuum. Quóniam magnus es tu et fáciens mirabília: tu es Deus solus.

LESSER ALLELUIA Psalms 73: 12

Deus autem Rex noster ante sæcula: operátus est salútem in médio terræ. Allelúja.

(After Septuagesima, the Lesser Alleluia above is omitted and the following Tract is said instead.)

TRACT Isaiah 53: 4-5

Vere languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit. Et nos putávimus eum quasi leprósum, et percússum a Deo, et humiliátum. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra. Disciplína pacis nostræ super eum: et livóre ejus sanáti sumus.

(In Eastertide the Gradual, Lesser Alleluia and Tract above are omitted and the following is said.)

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Ave, Rex noster: tu solus nostros es miserátus erróres: Patri oboediens, ductus es ad

adoption of children through Jesus Christ unto Himself: according to the purpose of His will: Unto the praise of the glory of His grace, in which He hath graced us, in His beloved Son. In Whom we have redemption through His blood, the remission of sins, according to the riches of His grace, which hath superabounded in us, in all wisdom and prudence, that He might make known unto us the mystery of His will, according to His good pleasure, which He hath purposed in Him.

All the nations thou hast made shall come and adore before thee, O Lord: and they shall glorify thy name. For Thou art great, making wonderful things: Thou alone art God.

But God is our king before ages: he hath wrought salvation in the midst of the earth. Alleluia.

Surely He hath borne our infirmities and carried our sorrows: and we have thought Him as it were a leper, and as one struck by God and afflicted. But He was wounded for our iniquities, He was bruised for our sins: the chastisement of our peace was upon Him, and by His bruises we are healed.

Alleluia, alleluia. Hail! Our King: Thou alone hast compassion on our straying. Obedient to the Father, Thou

crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisiónem. Allelúja. Tibi glória, hosánna: tibi triúmphus et victória: tibi summæ laudis et honóris coróna. Allelúja.

GOSPEL John 3: 13-18

In illo témpore: Dixit Jesus Nicodémo: Nemo ascéndit in cœlum, nisi qui descéndit de cœlo, Fílius hóminis, qui est in cœlo. Et sicut Moyses exaltávit serpéntem in desérto: ita exaltári opórtet Fílium hóminis, ut omnis, qui credit in ipsum, non péreat, sed hábeat vitam ætérnam. Sic enim Deus diléxit mundum, ut Fílium suum unigénitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam ætérnam. Non enim misit Deus Fílium suum in mundum, ut júdicet mundum, sed ut salvétur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non judicátur; qui autem non credit, jam judicátus est: quia non credit in nómine unigéniti Fílii Dei.

OFFERTORY

Salus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Deus in perpétuum. (T.P. Allelúja.)

SECRET

Súscipe, quæsumus, Dómine, oblátum redemptiόνis ætérnæ mystérium: et præsta; ut, unigéniti Fílii tui gloriósis méritis intercedéntibus, vivíficet nos semper et múniat. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

wast led to the crucifixion, as the meek lamb to the slaughter. To Thee be glory, hosanna! To thee be triumph and victory. To Thee be the crown of highest praise and honor. Alleluia.

At that time, Jesus said to Nicodemus: No man hath ascended into heaven, but he that descended from heaven, the Son of man Who is in heaven. And as Moses lifted up the serpent in the desert, so must the Son of man be lifted up: That whosoever believeth in Him may not perish, but may have life everlasting. For God so loved the world, as to give His only begotten Son: that whosoever believeth in Him may not perish, but may have life everlasting. For God sent not His Son into the world, to judge the world: but that the world may be saved by Him. He that believeth in Him is not judged. But He that doth not believe is already judged: because He believeth not in the name of the only begotten Son of God.

I am the salvation of the people, saith the Lord: from wherever they cry unto Me, I will hear them. And I will be their God forever. (P.T. Alleluia.)

Receive, we beseech Thee, O Lord, the sacramental offering of eternal redemption: and grant that, by the interceding glorious merits of Thine only-begotten Son, He may always quicken and protect us. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.